



De Scriptoribus Ecclesiasticis Liber Vnus

Cvm Adivnctis Indicibus vndecim, [et] breui Chronologia àb Orbe condito
vsque ad annum M.DC.XII

Chronologia Brevis, Ab Orbe condito, vsque ad annum Domini M.DC.XIII

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Coloniae Agrippinae, 1613

Chronologiae Pars Prior, ab anno Mundi 1. ad 4055.


Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56012)

CHRONOLOGIAE

Pars Prior, ab anno Mundi 1. ad 4055.

Anni Múdi	<i>Patriarcha.</i>	<i>Monarcha Assyrio- rum.</i>
I	Adam vixit ann.	930
130	Serh.	912
235	Enos.	905
325	Cainam.	910
395	Malaleel.	895
460	Iaret.	962
622	Enoch.	365
687	Mathufala.	969
874	Lamech.	777
1056	Noe.	950
1556	Sem.	600
1656	Diluuium durat ann.	1
1658	Arphaxad.	338
1693	Cainan.	568
1723	Sale.	433
1753	Heber.	464





Varia.

Quæ dicuntur de Adam, & cæteris Patriarchis. habentur in Genesi cap. 5. & 11. præterquam de Cainan filio Arphaxad. is enim non habetur in textu Hebræo, sed addidimus propter Lucæ auctoritatem ex interpretatione 70.

Porro annos Beli, & cæterorum Regum Assyriorum annotauimus ex Eusebio, nec enim apud alium antiquiorem habentur. tamen initium huius regni posuimus in loco altiore, quam fecerit Eusebius, tum ut esset locus Regibus Medorum, quos infra subiiciemus: tum etiam quia cum Belus sit Nembrot nepos Cham, & Ninus sit Assur nepos Noë, ut vult Aug. lib. 16. Ciuit. cap. 3. vel certè filius Nembrothi, non videtur credibile, eos non fuisse ante tempora Thare, qui fuit decimus à Noë.

Anni Mūdi	Patriarcha.	Monarcha Assy- riorum.
1787	Phalech. 239	
1791		Belus reg. ann. 65
1817	Reu. 239	
1849	Sarug. 230	
1856		Ninus. 52
1879	Nachor. 148	
1908	Thare. 205	Semiramis. 42
1950		Zameis. 38
1978	Abraham. 175	
1988		Arius. 30
2018		Analius. 40
2058		Xerxes Balane ⁹ . 30
2078	Isaac. 180	
2088		Armametres. 38
2126	Judices Hebræorum.	Belochus. 35
2138	Iacob. 147	
2161		Baleus. 52
3221		Altadas. 32






Varia.

Belum esse Nembrothum, qui Gen. 10. edificavit Babylonem; & Ninum esse Assur, qui Genes. 10. ædificavit Niniuem probari potest tum ex eo quod Abydenus apud Eusebium lib. 9. præparat. Evangel. cap. ultimo, testatur Babylonem à Belo conditam: & constat Niniuem à Nino ædificatam, de quo vide Diodorum lib. 2. cap. 1. tum etiam ex eo quod primus Rex Orbi terrarum cognitus iuxta Scripturas sacras est Nembroth, & iuxta profanas est Belus. ex quo non malè coniecimus. Nembrothum esse Belum. Mirum autem est cur Mercator Nembrothum velit esse Ninum, & tamen fateatur ante eum regnasse Belum, cum Scriptura apertè dicat, primum qui coepit esse potens in terra fuisse Nembrothum.

Ann. 20. Armametrus claruit Phoroneus legis lator primus.

Anno 26. Belochi fuit diluuium Ogigis.

Anni Mūdi	Iudices Hebrao- rum.	Monarchia Assy- riorum.
2229	Ioseph. 110	
2245		Mamitus. 30
2275		Mancaeus. 30
2305		Iphareus. 20
2325		Mamylas. 30
2355		Sparetus. 40
2395		Ascades. 40
2403	Moses. 120	
2435		Amyntas. 45
2480		Belothus. 25
2483	Moses ducit Popu- lum annos. 40	
2505		Bellopares. 30
2523	Iosue. 26	
2535		Lamprides. 32
2549	Interregnum an. 10	
2559	Othoniel Iudex annis 40	
2567		Sofares. 20



Varia.

Anno 32. Spareti Cecrops Athenas condidit.

Per idem tempus fuit diluuium Deucalionis.


Anno 6. Ascadis Isis venit in Aegyptum ; & literas docuit.


Ann. 1. Belothi Cadmus floruit, qui litteras Græcas dicitur inuenisse.

Eodem anno rapta fuit Europa, ex qua nati sunt Minos, & Radamantus.

Pontificum Iudæorum annos exactè descriptos non inuenimus. constat tamen à Moyſis tempore
vſque

Anni Mūdi	<i>Iudices Hebraorum.</i>	<i>Monarcha Assy- riorum.</i>
2587		Lamparos. 30
2599	Aoth. 80	
2617		Panias. 45
2662		Sofarmus. 19
2679	Barac, & Delbora. 40	
2681		Mitreus. 27
2708	Gedeon. 40	
2740		Tanteus. 40
2759	Abimelech. 3	
2762	Thola. 23	
2780		Thineus. 30
2785	Iair. 22	
2807	Iephthe. 6	
2810		Dercilus. 40
2813	Abelan. 7	
2820	Aialon. 10	
2830	Abdon. 8	
2838	Samson. 20	







Varia.

vsque ad Machabeos fuisse hos. 1. Aaron. 2. Eleazarum. 3. Finees. 4. Heli. 5. Achitoph. 6. Abiathar. 7. Sadoch. 8. Achimas. 9. Azariam. 10. Azariam alium, qui prohibuit Oziam adolere thus. 11. Vriam. 12. Sobnam tempore Ezechia. 13. Eliachim tempore Manassæ. 14. Helciam tempore Iosif. 15. Saream occisum à Nabuchodonosor. 16. Iosedech in captiuitate. 17. Iesum filium Iosedech. 18. Ioacim. 19. Eliafib. 20. Ioadam. 21. Iohannem. 22. Iaddum. 23. Oniam. 24. Simonem. 25. Eleazarum. 26. Manassem. 27. Oniam. 28. Simonem. 29. Oniam. 30. Aleimum. 31. Iudam Machabæum. Hæc ex Chronologia Nicephori.

Hunc Aialon Septuaginta non habent.
Anno 2821. euersa fuit Troia.

Anni Mūdi	<i>Judices Hebraorum.</i>	<i>Monarchæ Assy- riorum.</i>
2850		Eupales. 38
2858	Heli. 40	
2878	Samuel. 20	
2888		Laostenes. 45
	<i>Reges Hebraorum.</i>	
2898	Saul Rex. 20	
2919	Dauid. 40	
2933		Piriciades. 30
2959	Salomon. 40	
2963		Ophrateus. 20
2983		Ophratanes. 50
	<i>Reges Iudæ. Reges Israel.</i>	
2999	Roboam. 17	Hieroboā. 22
3016	Abia. 3	
3019	Afa. 41	
3021		Nadab. 2
3023		Baafa. 24





Varia.


Aeneas in Latio regnat. In annis Heli includuntur etiam anni Sampsonis, ideo 70. Interpretes solum 20. annos adscribunt Heli.


Anni Samuel, & Saul in Scriptura veteri non habentur, sed Actor. 13. dicuntur fuisse 40.

Anno 2928. Carthago condita est.

CHRONOLOGIÆ

Anni Mūdi	Reges Iuda.	Reges Israel.	Monarcha Assyriorum.
3033			Ocraxapes. 41
3047		Hela. 2	
3058		Zambri. dieb. 7 Amri. anni 12	
3060	Iofaphat. 25	Achab. 22	
3074			Sardanapal ^o . 20
3082		Ochozias. 2	
3083		Ioram. 12	
3085	Ioram. 5		
3090	Ochofias. 1 Athalia. 7	Iehu. 28	Reges Medo- rum.
3094			Arbaces. 28
3097	Ioas. 40		
3108		Ioachaz. 17	
3122			Mandanes. 50
3137		Ioas. 16	
3137	Amasias. 29		
3151		Hieroboam. 41	






Varia


Monarchia Assyriorum vsque ad Sardanapalum
stetit annis 1330. quamvis Eusebius dicat 1240. & Iu-
stinus lib. 1. 1300. & Diodorus lib. 2. 1400. & Oro-
sius lib. 1. 1160.

Destructa fuit à Medis, quorum annos describi-
mus ex Ctesiacnidio, qui ex publicis Annalibus eos
refert apud Diodorum libro 2.

Annos Assyriorum, & Babyloniorum partim ex
Scriptura, partim ex Beroso apud Iosephum lib. 1.
contra Appionem petemus.

Anni Mūdi	Reges Iuda.	Reges Israel.	Reges Medorum.	Reges Assyriorum.
3163				Phul. 48
3166	Azarias. 52. sed cū patre ann. 12. solus. 40			
3172			Sarsomnes. an. 30	
3192		Zacharias mē. 6. Seltum m. 1. Manaem ann. 10		
3202		Phaceas. 2	Artecarmis. an. 50	
3204		Phacee 20		
3206	Ioathā. 16			
3211				Teglathphalassar. ann. 25
3222	Achaz. 16			
3224		Osee. 9		
3236				Salmanassar. 9





Varia.


Assyrij rursus incipiunt in Niniue regnare, regnantibus nihilominus etiam Medis. Huius Phulmentio fit. 4.Reg.15.

Olympiades incipiunt anno 4. Ioathan, id est, anno mundi 3209. Nam constat Cyrum regnare coepisse Olympiade 55. ut Eusebius, & omnes alij docent: porro Cyrus regnare coepit anno mundi 3425. non igitur rectè Eusebius earum initium ponit anno 50. Azariæ. Quod si initium regni Cyri ponatur anno 3547. Olympiades incipient anno 10. Achaz, mundi 3232.

Roma conditur ann.12. Achaz, mundi 3233.

Salmanasar transtulit decem tribus in captiuitatem. 4.Reg.17. & Tob.1.

Anni Múdi	Reges Iuda.	Reges Medorum.	Reges Assyriorum.
3238	Ezechias 29		
3245			Sennacherib. 7
3252		Arbianus, seu Cardiceas. 21	Affar. addon. 18
3267	Manasses 55		Reges Babylonis.
3270			Merodach Baladan. 40
3274		Arteus, qui & Deioces. 53	
3310			Ben Merodach. ann. 21
3321	Amó an. 2		
3324	Iofias 31		
3327		Artines, qui & Phraorthes. ann. 22	
3331			Nabulaffar°. 29
3349		Artaban°, qui & Ciaxares. an. 40	
3355	Ioachaz m. 3 Ioa- chim. an. 11		





ADMODVM

REVERENDO ET

EXIMIO VIRO,

D. TILMANN O

VOSMERO,

S. THEOL. LIC. INSIGNIS EC-
clesiæ Colleg. ad Diuum GEREONEM
Canonico, &c. Domino iugiter
sibi obseruando.



AGNO prorsùs beneficio li-
teratorum hominũ vniuer-
sitatem deuincit sibi Ill. mus
BELLARMINVS, cum La-
conico stylo quinquies mil-
le, quingentorum, & nona-

ginta sex annorum historiam, ita nobis ante
oculos proponit, vt vno quasi aspectu con-
templari liceat DEI Opt. Max. in Mundi gu-
bernatione prouidentiam, Pontificum vtri-
usque Testamenti in plantandâ ac propagan-
dâ Religione industriam; Gentilium ac Hæ-
reticorum in eadem conuellendâ nequitiam;
Tyrannorum in Fideles ferociâ, Electorum
in orthodoxo cultu constantiam: Regnorum
euerfiones & conuersiones, Ciuitatum origi-
nem & administrationẽ; Populorum discor-
dias & confederationes; Scriptorũ fre-

* 2

quen-

EPIST. DEDICAT.

quentiam & ætatem, Prodigijs insolentiam & atrocitatē: summam, per cuiusmodi temporum ac morum catastrophas Terrarum Orbis ad deplorandam hanc Quinquaginta sex propemodum Sæculorum senectutem deuenit.


Magno iterum beneficio me Typographum suum, vt quem in Germaniâ primum (nullo meo merito, fateor) voluit CHRONOLOGIAM hanc recentibus excultam typis in lucem emittere.

Sed nunquid propterea ingratum Amplissimo Cardinali faciam, si Tibi, Ad. m R. & eximie Domine, singulari titulo Illam nūcupa- uero? Imò verò ingratissimū, nisi Tibi prius, quàm alteri, qui probè meministi, quàm improbè aliquādo in simili concinnando opere eodē BELLARMINO tum Magistro tuo, Louanij laboraris. Age igitur, volumen accipe, inspice, lege, relege: sic & Cardinalis solertia Tibi solatio futura est, & Tua in me beneuolentia meam in Te obseruantiam mirificè confirmabit. Vale. Coloniae Agripp. Augusta. Prid. Non. Septemb. M. DC. XIII.

Ad. m R. de & eximia D. V. a

Obligatiss. us

BERNARDVS GVALTHERVS,
Ciuis & Bibliopola Coloniens.



te
4
lo
n
in
lo
—
I
te
ib
q
e
in

tu

Varia.


Merodach Baladan regnabat in Babylone eo ipso tempore, quo Assar Addon in Niniue, vt patet ex 4. Reg 19. & 20. Tamen posuimus eius initium hoc loco, quia post Assar Addon cœpit Merodach regnare etiam in Niniue vnde non fit amplius mentio in Scripturis Regum Assyriorum, sed solum Babyloniolorum.

Hunc Merodac putamus esse eum, qui in libro Iudith dicitur Nabuchodonosor. Sicut etiam Arteum, seu Deiocem putamus esse Arphaxad, de quo ibidem agitur. Porrò Deioce dedimus 53. annos, quia hunc numerum notauit Herodotus lib. 1. vbi etiam dicit à Deioce ædificatam Ecbatanam, quod in lib. Iudith tribuitur Arphaxad.

Ex numeris Regum Babyloniolorum, qui habentur ex Beroso apud Iosephum lib. 1. contra Appionem

Anni Mūdi	Reges Iuda.	Reges Medo- rum.	Reges Persa- rum.	Reges Baby- lonie.
3360				Nabucdono- for magnus ann. 43
3366	Ioachim. m. 3 Sedechias. 11			
3377	CAPTIVI- TAS ann. 70			
3389		Astia- ges. 38		
3430				Euilmero- dach. 22
3425			Cyr ^o 29	Niriglissoor ann. 4
3429				Laboro Sor- docus m. 9
3430				Baltasar qui & Naboni- dus. 17
	<i>Duces Iudaorum</i>		<i>Monarchia Persarum.</i>	
3447	Captiuitas Ioiu- tur.		Cyrus cum Dario ann. 1. solus ann. 7	
3448	Zorobabel.	32		

15
13
22
r
4
9
ni
ni
17
.
1.
7



Varia.


nem, solum mutauimus duos annos, quos tribuit Euilmerodacho Berofus in 22. annos. nam 4. Reg. vlt. dicitur Euilmerodach regnare coepisse ann. 37. transmigrationis Regis Ioachim: ex quo tempore vsq; ad finem Regni Babylonici constat esse an. 44. qui tamen nō colligerentur, nisi daremus Euilmerodacho 22. annos. credibile est esse errorem impressorum, præsertim cum omnes alii Chronologi dent ei 22. aut 23. annos.

Cyrum posuimus ante Babylonē euersam multis de causis. Primo quia constat eum regnasse post Astiagem translato ad Persas Medorum Imperio, vt habetur Danielis 13. & apud Herodotum lib. 1. Diodorum lib. 2. & Iustinum lib. 1. Secundo quia Berofus apud Iosephum lib. 1. contra Appionem, & Herodotus lib. 1. Iustinus lib. 1. & alii dicunt, Cyrum post adeptum Imperium Asiæ tandem venisse contra Babylonem: non igitur incipit Regnum Cyri post euersam Babylonem; sed antea coepit. Tertio quia Herodotus lib. 1. tribuit Cyro ann. 29. Xenophon autem lib. vlt. Cyro pedia tribuit tantum septem, quorum vtrumque concordari potest, si dicamus, Cyrum regnasse in vniuersum annos 29.

sed

Anni Mūdi	Duces Iudao- rum.	Monarchia Persarum.
3455		Cambises ann. 7. men. 6
3462		Magus cum patre men. 6
3463		Darius Idaspis. 36
3480	Refa. 46	
3499		Xerxes. 21
3520		Artabanus men. 7
3521		Artaxerxes Longima- nus. 40
3530	Ioannes. 40	
3561		Xerxes alius. men. 2 Sogdianus. men. 7
3562		Darius Nothus. 19
3570	Iudas. 14	
3581		Artaxerxes Mnemon. 43
3584	Ioseph. 7	
3591	Semei. 11	
3602	Matatias. 12	
3614	Maat. 9	
3614	Nagge. 10	

6
6
6
21
7
0
2
7
19
43



Varia.


sed post adeptam imperium Babylonis annos septem. Quis igitur (inquit) est Darius Medus, qui regnat anno vno post Balthassarem? Danielis 5. 6. & 9 dico eum esse Ciaxarem Astiagis filium, cuius meminit Xenophon. tametsi enim Medus iam nihil erat, nisi Cyri præfectus quidam, aut Regulus, placuit tamen Cyro honorare illum titulo Regni Babylonici, quod consanguineus & senior esset. Vide Iosephum lib. 10. antiquitatum, cap. 12. & Hieronym. in Daniele.

Annos Regum Persarum descripsimus ex Diodoro lib. 11 13. & 17. item ex Herodoto lib 2 & 3. & ex Eusebio: sed ubi non conueniunt, Diodorum sequuti sumus.

Alexander Magnus anno 7. Regni sui Macedonici expugnauit Darium, & transtulit Monarchiam Persarum ad Græcos: deinde cum imperasset adhuc annos quinque tandem mortuus est anno 33 ætatis, 12. Regni, & 6. Monarchiæ. post cuius obitum
diuisa

Anni Mūdi	Duces Iudaorum.	Monarchia Persarum.			
3624		Artaxerxes Ochus.			23
3633	Helli. 8				
3641	Nahum. 7				
3647		Arfes.			4
3648	Amos. 14				
3651		Darius.			6
		Monarchia Græcorum.			
3657		Alexander Magnus ann.			5
3662	Mathatias. ann. 10				
		Diuisio Monarchiæ in quatuor Regna.			
		Reges Macedonia.	Reges Ægypti	Reges Siria.	Reges Asia.
3663		Philippus Arrideus. 7	Ptolemæus Lagi 40		
3668					Antigonus. 18
3670		Cassander. 19			

30
18




Varia.


diuisa est Monarchia in plures Reges. Vide Diodorum lib.17. & 18. & Iosephum lib.12. antiquitatum.

Sapientes Gentium. Orpheus, & Linus temporibus Iudicum dicuntur floruisse. Homerus tempore Salomonis Regis Hierusalem. Thales tempore Iosifæ Regis. Septem Sapientes ad finem captiuitatis. Aesopus eodem tempore Pythagoras tempore Cyri. Herodotus tempore Xerxis, Socrates, Euclides, Xenophon, Pindarus, & Simonides tempore Artaxerxis. Plato, Isocrates, Demosthenes, Aeschines, Aristoteles tempore Ochi, & successorum.

Theophrastus, Zeno Epicurus & Menander tempore Ptolemæi Lari.

Anni Mūdi	Duces Iudaorum.	Reges Macedonia.	Reges Ægypti.	Reges Syria.	Reges Asia.
3672	Ioseph. 60				
3676				Seleuc ⁹ Nica- nor. 32	
3686					Deme- tri ⁹ . 17
3689		Antigon ⁹ & Alexan- der. 4	Reges Æ- gypti.		
3693		Deme- trius. 6			
3699		Pyrrus men. 7			
3700		Lisima- chus. 5			
3703			Ptolemeus Philadel- phus. 38		
3705		Ptoleme ⁹ Ceraun ⁹ . 1			
3706		Meleager, m. 2. Anti- pater, d. 45 Sostenes. 2			





Varia.


A Seleuco numerant libri Machabæorum annos Græcorum. Euseb.


Demetrius Rex Asiæ à Seleuco captus Imperio priuatur: ita remanent tres tantum Alexandri successores. Eusebius.

Res Romana.

Roma condita est 11. Kal. Maii Plutar. in Romulo, & Eutropius lib. 1. Olympiade 7. anno 1. Solinus cap 2. Clemens Alex. Strom. 1. Dionys. Halicarnass. pagina 58. ex quo sequitur conditam eam fuisse anno 12. Achaz, mundi 3233. nam Olympiades cœperunt anno 4. Ioathan, mundi 3209.

Anni Mūdi	Duces Iudeorum.	Reges Macedonia.	Reges Aegypti.	Reges Syria.
3708		Antigon ^o , ann. 36		Antioch ^o Sother. 19
3727				Antioch ^o Theos. 15
3732	Ioann. Hircanus. 17			
3742			Ptoleme ^o Euergetes ann. 26	Seleucus Gallinicus an. 20
3744		Demetri ^o , ann. 10		
3754	Interregnum apud Iudæos.	Antigon ^o , ann. 15		
3762				Seleucus Ceraunus an. 3
3765				Antioch ^o Magnus an. 36
3767			Ptoleme ^o Philopater an. 17	
3769		Philipp ^o 42		





Varia.


Regnatum est Romæ annis 244. Liuius, & Dionys. Halicarn. nimirum regnauit Romulus ann. 37. interregnum fuit an. 1. Numa pompilius regnauit ann. 43. Tullus Hostilius 32. Ancus Martius 24. L. Tarquinius Priscus 38. Seruius Tullus 44. L. Tarquinius superbus 25.


Consules cœperunt mundi 3478. Olympiade 68 anno 15. Darii Idaspis. Durauit regimen consulare vsque ad Imperium Iulii Cæsaris annos 462.

Secessio plebis in sacrum montem, & creatio prima Tribunorum, accidit anno 261. ab Vrbe condita, anno mundi 3495. Olymp. 72. Liu. lib. 2.

Magistratus Decemuirorum cœpit anno Urbis conditæ 303. durauit vix tres annos Liu. lib. 3.

Ann Mūd	Reges Iu- dæorum.	Reges Ma- cedonia.	Reges Ae- gypti.	Reges Sy- ria.
3733			Ptoleme ⁹ Epiphanes ann. 24	
3801				Seleucus Philopa- ter an. 12
3806			Ptolemæ ⁹ Philome- tor an. 35	
3811		Perfes. 10		
3813				Antiochus Epiphanes ann. 11
3821		Regnū Ma- cedoniæ deficit.		
3822	Marathias ann. 1			
3823	Iudas Ma- chabæus. 6			
3824				Antiochus Eupator. 2
3826				Demetrius Soter. 12





Varia.

Diſtatorum prima creatio facta eſt anno Urbis 253. creato T. Largio. Liu. lib. 2.

Tribuni Militares Conſulari poteſtate cœperūt anno Urbis 311. Roma capitur à Gallis anno Urbis 365. Dionyſ. lib. 1. Liu. lib. 5.


Bellum Romanorum cum Pyrrō Rege anno Urbis 473. Liu. lib. 13.


Romani ingreſſi ſunt mare, & primum bellum Punicum geſſerunt Olympiade 129. ann. Urbis 489. mundi 3723. Polybius lib. 1. durat. 22. annos Eutropius lib. 3.

Initium ſecūdi belli Punicī fuit Olympiad. 40. anno Urbis 537. mundi 3771. Polyb. lib. 3. duravit ann. 17. Liu. lib. 30.

Bellum Romanorum cum Philippo Rege Macedoniae cœpit anno Urbis 554. mundi 3788. finitum eſt anno 3821. capto Perſe Rege à L. Aemilio Paulo. Vide Lium lib. 44. & 45.

Anni Mūdi	Duces Iu- daorum.	Reges Ae- gypti.	Reges Syria.
3829	Ionathas, ann. 19		
3838			Alexander ann. 10
3840		Ptolemæus Euerget. 29	
3848	Simon. 8		Demetrius alius. 3
3851			Antiochus Sedetes. 9
3856	Ioānes Hir canus. 26		
3860			Demetrius iterum. 4
3864			Antiochus Griphus seu Triphon. 13
3868		Ptolemæus Phiscon. 17	
3876			Antiochus Cizicenus ann. 18





Varia.

Bellum Asiaticum fœliciter confectum est à L. Scipione Africani Scipionis fratre contra Antiochum magnum Regem Syriæ anno Urbis 564. mundi 3298. vide Liu. lib. 37.

Bellum Punicum tertium coepit ann. Urbis 602. mundi 3836. finitum est intra quinquennium à Scipione Africano minore. Florus lib. 49. & 51. Eutrop. lib. 4.


Bellum Numantinum anno Urbis 620.

Bellum Iugurthinum anno Urbis 643. mundi 3877. vide Sallustium. Bellum Cimbricum ante Iugurthinum coepit, sed post Iugurthinum finitum est à C. Mario.

Antiochum hunc Pompeius Regno spoliauit. Appianus Alexandrinus in Syriacis.

Anni Mūdi	Reges Iudaeo- rum.	Reges Aegypti.	Reges Syria.
388	Aristobolus. 1		
3883	Ianne ^o Alexā- der ann. 27		
3884		Ptolemæus A- lexander. 10	
3894		Ptolemæus physcon ite- rum. 8	Philippus. 2
3902		Ptolemæus Dionysius. 30	Regnum Syriæ deficit.
3910	Alexandra ann. 9		
3919	Hircanus ann. 34		Imperatores Romani.
3932		Cleopatra. 22	
3937			Iuli ^o Cæsar. 4
3941			Interregnum ann. 1. & $\frac{1}{2}$
3942			Octavian ^o Au- gustus cum Triumviris ann. 12. solus 44. Sueton.

ic
s
4
m
u.
m
is
lus
n.



Varia.

Aristobulus primus post Regem Sedechiam, diadema sibi regium imposuit. Ioseph lib. 15. antiq. cap. 18.

Philippo à Gabinio capto cessat Regnum Syriæ. Eusebius in Chronico.

Post mortem Alexandræ contendentibus filiis eius Aristobulo, & Hircano de Regno, Pompeius Iudæos tributarios fecit, & Aristobulum quidem Romam captum adduxit, Hircano Pontificatum confirmavit; procurationem Prouinciæ Antipatro tradidit, cuius filius Herodes postea ad Regnum peruenit. Ioseph. lib. 14. antiq.

Anni Mūdi	Reges Iudao- rum.	Reges Ae- gypti.	Reges Syria.
2953	Herodes A- ſcalonita. 37	Regnum Ae- gypti deficit.	
3984			
3990	Archelaus. ann. 9		
3998	Herodes An- tipas an. 24		Tiberius an. 22 m. 6. d. 16 Suet.
4013			
4016			
4022	Agrippa. 7		
4029	Agrippa Iu- nior. 26		
4055	Regnum Iu- daorū de- ficit.		

